



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Svmma Diana**

**Diana, Antonino**

**Coloniae Agrippinae, 1656**

Affinitas

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40647**

gnitibus, curam non habentibus debet esse cōpletus 22. Valsq. & S. Congr. §. Sed his non obstantibus: & hæc omnia pro dignitatibus in Cathedralibus? Pal. & alii §. Sed Castris. Ad Cardinales requiritur ea ætas, ut infra annum possint ordinari ad ordinem; ad quem destinantur. Pape vero non est terminata ætas à nullo jure. ibid. §. Et tandem.

3. Aetas probatur ex libris parentum in quibus ea notari solet, Menoch. de presumt. lib. 2. & plenissimè ex libro pa- rochiali, p. 11. tr. 3. misc. ref. 27.

Quid sit af-  
fabilitas.

Quod eius  
obligatio.

Ex quanto.

Non saluta-  
re inimicum  
est peccatum  
per se.  
Sed secundū  
aliquo non  
in Prælatis.

Nec quando  
timetur in  
famia.

**A F F A B I L I T A T E S.** 1. A ffabilitas est virtus, quæ con- vertentem hominibus juxta rectam rationem præscribit. † 2. Ratione affabilitatis ait Lorca in 2. 2. q. 25. art. 6. sect. 3. disp. 25. memb. 3. num. 18. teneri nos omnibus homini- bus non salutantibus respondere. Salu- tationem vero anticipatam non deberi, nisi quibusdam personis magnæ dig- nitatis, honoris causa. Allocutionem & conversationem deberi tantum con- junctioribus. Quoniam vero affabi- litas non est tantæ obligationis, saluta- tionem, & ressalutationem omittere, etiam quando debentur, ait non esse pec- catum mortale, nisi forte ex circumstan- tia personæ, & aliis cederet in magnam injuriam, vel scandalum gigneret, p. 2. tr. 5. ref. 62.

3. Non salutare inimicum per se pec- catum est. Sed Mend. vol. 2. disp. 153. sect. 4. §. 64: solvit ab hac obligatione primi parentem, aut Prælatum, qui inimi- cum non salutaret in pœnam justam. Se- cundū inimicum, qui in aliquo casu raro non posset hostem salutare, absque infamia. Tertiò eum, qui infamem in- juriam accepit, ut qui appellatus esset sodomita, fur, Judæus, aut simile: nam judicari debet salutationem omitte- re, non ex odio, sed ex dolore justo, qui justè tollit urbanitatis indicia, & alioqui judicaretur parvi æstimasse tam acer- bam injuriam. Quartò eos, qui oculos habentes aut mentem distractam ita habent, vel simulant, ut prudenter

astimentur, salutationem non ex inad- vertentia omisissæ: Et tandem eum, qui videns inimicum inter tres, aut quatuor amicos, istos insalutatos familiariter alloqueretur capite teclito; nam illa allocu- *Vel argu-*  
*instus dolor,*  
*gravis iniuria?*  
*Et in multis*  
*aliis casibus.*

to, quamvis uni directa, ceteris saluta- *tio omnium sociorum. Ita ille. Et Lorca*  
*ubi sup. n. 30. ait, non esse certum peccare*  
*mortaliter cum , qui occurrente ini- mico inter multos, salutat omnes, præ- ter ipsum. Quia omissione salutationis et- tam debita, non est peccatum mortale.*  
*Etinde, quia ostendit id facere, non in*  
*odium, sed in significationem proprii*  
*gravaminis & injuriæ. Id tamen non ap-*  
*probat Fil. ton. 2. tr. 28. cap. 1. num. 19. præ-*  
*fertim si inimicus prius salutavit. Item*  
*Valer. diff. utriusque fori, v. remissio. dif. 2.*  
*n. 4. excusat ab obligatione allocationis*  
*& salutationis propter aliquam inimici- tiam. Religiosos, qui quotidie celebrat,*  
*& sunt exemplares: nam cum his pressat*  
*scandalum. Sed hoc aliquibus dilpicer.*  
*Vide Zazard. p. 2. pr. c. 17. Ibid. & p. 5. t. 13.*  
*ref. 89.*

4. Ex his sequitur, absolvī posse pa- trem, qui non vult admittere ad collo- quium filium, qui contra ejus vult at- tem indigno, vel valde inaequali, mari- monio se copulavit. Dummodo id faciat ad tempus & in castigationem ablique iracundia, etiam si idem familiæ præci- piat. Ita Laymann lib. 1. tratt. 3. cap. 4. n. 3. par. 4. tratt. 4. ref. 182.

*In quibus*  
*proinde tales*  
*absolvī posse*  
*sunt.*

### AFFINITAS.

1. A ffinitas est plurimum inter se *Affinitas*  
conjunctione orta ex copula car- *quid.*  
nali inter marem & fœminam. †

2. Ad contrahendam affinitatem Vil- *An oritur*  
lalobos tom. 1. tratt. 1. 1. diff. 11. numero 8. 8. *ex effusione*  
DD. communiter dicunt sufficere ef- *seminis fo-*  
fusione seminis virilis, quia hoc solum *line viris*  
perficit generationem, ut tradit Aristoteles 2. de gen. cap. 2. & D. Thomas 3. p. q. 81. art. 5. ad 5. cum omnibus ferè Theo- logis. Sed contra sententia Hurtadi de matr. diff. 1. numero 4. & aliorum *Sententias*  
est probabilis & tuta in praxi: eam- *negativa est*  
que clare docet D. Thomas in 4. diff. 4. t. *probabilis.*  
q. 1. art. 1.

*Ex qua non nulla erroraria debeat affinitas.*

q.1.art.1.q.4.ad 2. & Diu. Bonaventura, in 4. dif. 41. q.1. Nam probabilis etiam est sententia medicorum duce Hippocrate l. de genitura. & Galeno lib 6. de locis affectis, c.5. quod semen muliebre sit necessarium ad generationem. Igitur in hac sententia, qui habuit copulam cum sorore uxor, si illa non seminavit, potest nihilominus petere debitum. Item si hoc modo quis cognovit uxorem, & eaque mortua, aliam duxit, & cum ea matrimonium consummavit, non contraxit irregularitatē biganā. Item matrimonium hoc pacto consummatum dissolvitur per professionē religiosam, & altero conjugē manente in sāculo, alter Religionem ingrati potest. Et hæc omnia dicta sunt in hac sententia probabilis quæ rursus confirmatur; quia Benedictus Pontifex can. lex divine constitutio nū dicit, idē oculum non parere affinitates, quia nullam facit sanguinis commissiōnem, ergo ad affinitatem requiri t sanguinum commissiōnem, par. 3. tract. 5. resol. 16. §. difficultas, & in Add. secund. resol. 21. nec non par. 4. tract. 2. ref. 43. & p. 11. tra. 5. mis. c. ref. 16.

*Non contrahit affinitas si virgo ras semen emitat vel si ope de monu semen virile in uterum fœminum defertur, non contrahit affinitas; quia illi non sunt facti una caro. Ita Pontius lib. 7. cap 33. num. 6. contra Sanchez lib. 2. dif. 21. nu. 2. p. 3. tr. 5. ref. 1.*

*An vero contrahatur ex copula fornicaria iure natura li?*

*Contraria sententia.*

3. Si vir in fine copulae extrahat mem brum, & foras semen emitat, quamvis postea illud calu in yas naturale incidat non contrahit affinitatem. Item, si semen virile ope dæmonis in uterum fœminum defertur, non contrahit affinitas; quia illi non sunt facti una caro. Ita Pontius lib. 7. cap 33. num. 6. contra Sanchez lib. 2. dif. 21. nu. 2. p. 3. tr. 5. ref. 1.

4. Ex copula fornicaria, jure naturali, secundum Hurtadum de matrim. dif. 20. dif. 2. num. 7. contrahit affinitas. Nam per illam vir, & fœmina fiunt una caro dicente Apostolo 1. Cor. 6. Qui adharet meretrici, unum corpus efficitur, & erunt duo in carne una. Unde in hac sententia infideles fornicantes inter se contrahunt affinitatem cum consanguineis utriusque. Sed contrariam sententiam tenet Sanchez to. 2. dif. 65. num. 9. quia nulla sunt nomina, quibus hujusmodi affines nominentur. Et præterea in l. non facile, §. affines, & §. ciendum est, ff. de grad. affin. dicitur, neque coguationem, neque

affinitatem esse posse, ubi nuptiae non sint prohibite. Utraque sententia est probabilis. Et in hac secunda infidelis cognoscens mulierem, baptizatus deinde, potest ejus fororem in matrimonium ducere. Et fidelis cognoscens infidelem, posset ejus fororem fidelem sibi in matrimonium jungere. Ita Villalobus tom. 1. tract. 14. dif. 17. par. 3. tract. 4. resol. 262. & Add. 2. ref. 21. §. & pro Coronide.

## AGNVS DEI.

1. *E*xstat Bulla Gregorii XIII. quæ incipit. Omni arte, prohibens sub pena excommunicationis, ne circuli cerci benedicti, vulgo Agnus Dei, à quoquam pingantur, inficiantur, minio, vel auro notentur, aut venales propo nantur. Circa quam,

2. Adverte primò, quod secundum Sanchez sum. tom. 1. lib. 2. cap. 43. num. 27 contra Azorium tom. 1. lib. 9. cap. 9. post quest. 5. non prohibent vendi Agnus Dei albi ratione materiæ, laboris, im pensarum in eis asportandis. Et sane, qui illos pingendo, excommunicationem incurrit, non peccat postea retinendo domi non venales; quia non prohibetur. Ita idem Sanchez part. 3. tract. 6. resol. 12.

3. Adverte secundò, docere Filliu cium tom. 1. tract. 14. cap. 6. num. 93. hanc Bullam extra Urbem non esse usi rece ptam; quia Agnus depicti passim venduntur. At Fagundez p. 1. lib. 1. cap. 4. nu. 25. docet, esse in vigore. Certum est tamen, hanc excommunicationem nemini reservari. Ita Barbosa de potest. Episc. p. 3. alleg. 50. n. 150. Ibid. §. Et tandem.

4. Agnos Dei tangens, etiam laicus, seclusus contemptu, non peccat, quia justificatur ab usu. Ita Sanchez. ubi sup libid. §. Nota etiam. An gestare Agnos benedictos in actu venereo, vel illos amas dare, sit sacrilegium, vide V. Circumstan tia num. 104.

ALIE-

*Ambapre bables.**Agnes Dei non possunt pingi, & vendi.**Sed an vendi posint albi, ratione labo rii &c.**Et pidi reti neris?**Præsertim extra Vr berm?**Agnus Dei tangi possunt.*